





ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE  
SPECIMEN XVI.  
DE  
SPVTO CRITICO

PRAESIDE  
D. IOANNE ERNESTO HEBENSTREIT

THERAPIAE P. P. FACULTATIS MEDICAE DECANO.

LIPSIAE DIE XXIX. AVGVSTI MDCCXLIX.

IN AVDITORIO MEDICO

HORA X. AD XII.

DISPVTABIT

CAROLVS HENRICVS PETZSCH,

MISENA MISNICVS,

ALVMNVS ELECTORALIS.

**D**iuersi omnino sunt, nec origine, materie aut fine  
conueniunt humores, quos spuimus, vt sub eodem  
titulo <sup>a)</sup> illorum eiectio stare haud possit. Enim  
vero, cum latina vox, itidemque graeca, euacuationes illas,  
quae ex oris glandulis et aspera arteria fiunt, vna voce sputi,  
cui τὰ πτύελα graecorum respondent, designet, <sup>b)</sup> oppor-  
tunitate

a) GALENVS τὰς διὰ τῆ σώματος κρίσεως, *purgationes ore factas*, iunctim  
nominat, et per illas sputa, saliuam aequae ac pituitam intelligit, quae, ex-  
ponente Foessio, extremae asperae arteriae et faucibus inhaerent. Verum ge-  
neris loco esse nequit iste conceptus, cum diuersissimae res, ventriculi, in-  
testinorum sordes, narium mucus, sanguis varius, ore egerantur.

b) Vnaquaeque earum euacuationum, quae ore celebrantur, vti natu-  
ra differunt, ita diuersum penes graecos medicos nomen sortita sunt:  
ἐμέειν est vomere, σιαλοχέειν salivae fluxum exprimit, βήξ tussis, et χρέμασις  
A scretus

tunitate termini vsus, diuersorum equidem organorum actiones criticas, nisi naturali, grammatico tamen nexu coniunctas, simul tradi posse arbitratus sum. Friuolae sunt et scholis relinquendae, quae circa nominum significatum in re seria mouentur altercationes, <sup>c)</sup> si circa veritatem consensus est.

Sputa adeoque, quaecunque sint, morborum conuenientium impetus frangere et materiem illorum educere solent possuntque, hinc locum merenter inter humores habent, qui fluxu suo salutem procurant vel certe intendunt. <sup>d)</sup> Quod illa attinet, quae saliuam ore ducunt, habent omnino haud leuem, qua iuuare possint, opportunitatem, dum organis vtuntur ducendo copiosissimo liquido adaptatis. <sup>e)</sup> Haec enim, vti in vita sana, salatis causa perpetuis fontibus scaturiunt, <sup>f)</sup> ita

secreatus differunt, exponente PETRO PETIT in Comm. super ARETAEI de Causis et signis acutorum locum: βήσσει ἀντὶ τῆς χρέμψιος, tussunt loco secreatus: quod illa est ex pectore cum motu thoracis, haec vero e faucibus duntaxat. Quae palato defluunt, κατάρροι vbiq̃ue audiunt: vt propterea diuersa res diuersis nominibus vbiq̃ue compelletur; ast pulmonum sordes, seu pituita, seu pus, seu sanguis fuerint, πτύσις, πτύσμα, πτύελον promiscue appellantur, vti ex postea allegandis patet.

c) Ὁυ χρὴ περιέλκεσθαι τοῖς ὀνόμασιν: Non oportet circum nomina trahere: A negotiorum discrimine incipiendum est, non a nominum. GALENVS de Method. med. Libr. I.

d) Ἀποκρίσεις κατὰ φύσιν: κοιλίης, ἥρων, ἰδρωτός, πτυάλῃ, μύξης ὑτέρης, καὶ αἰμορροΐδα, ἐκ ῥινῶν, ἐκ πνεύμονος. HIPPOCRATES de aliment. Libr. Secretiones secundum naturam alui, sudoris, saliuae, muci vteri, per haemorrhoides, e naribus.

Ἀποστάσεις ἢ διὰ φλεβῶν, ἢ διὰ κοιλίης, ἢ διὰ δέρματος, ἢ κατὰ ὀστέα, ἢ κατὰ τὸν νωτιαῖον, ἢ κατὰ τὰς ἄλλας ἐκροάς, στόμα, οἶδοϊον, ὠτα, ῥίνας, ἐξ ὑτέρης. HIPPOCRATES de Morb. Vulg. 2. Separationes, vel per vasa sanguifera, vel per aluum, vel ad spinam dorsalem, aut ad alia colatoria, os, pudendum, aures, nares, vterum.

e) Ἀδένας σιαλοχόοι. GALENVS Glandulae saliuales. Comment. I. in HIPPOCRATES Proorrh.

f) Πτυεῖν, τὸ πτύειν πολλάκις ἢ πληρῶσαι συνεχῶς πτυέειν τὸ στόμα. GALENVS Sputare, saepe spuerere, repleri continue saliuis ore. LENVS Comm. I. in Proorrh. Hippocratis. Quod alibi Hippocrati est

σπάλω

ita proficua sunt in morbis et euacuationum criticarum vices haud raro gerunt. Non enim tantum, propter insignem, quae effundi potest, salivae quantitatem, humorum copia eius fluxu, imminuitur: <sup>g)</sup> Sed etiam variae sanguinisordes eadem eluuntur quam efficacissime, vti falsa, <sup>h)</sup> pinguis <sup>i)</sup> amara <sup>k)</sup> alioue sapore vitata fuerit. Est quaedam saliviarum ad os veluti conductio, <sup>l)</sup> et viarum, quibus illae fluunt, aptitudo, qua sanguini respondent, et eiusdem fieri possunt excerniculum. Aliquando, sine apparente effectu, morborum, maxime gastricorum, saltim sunt symptoma, et nauseam comitantur, <sup>m)</sup> alio autem tempore criticum quid habent. Prodest autem spontaneus ille salivae fluxus, cum primis vicinis ori partibus, aliquo morbo affectis. Glandularum pone aurem tumores magnum abinde accipere possunt beneficium. <sup>n)</sup>

## Abscessus

σialοχόειν et σialοχέειν salivam frequenter spueri, HIPPOCRAT. Libr. 3. de Morbis, interque mala febrium omnia refertur: si δ ἄρρωστος κεχηνῶς κέεται σialοχέων, infirmus ore hians iacet et salivam fundit. Aliis autem etiam secundum naturam euenit, vt inter loquendum sputent, vti Hesy chius σialοχόως exponit, τῆς προσραινόντας σialον ἐν τῷ διαλέγεσθαι, eos, qui inter loquendum salivam ore spargunt, et salubriter in angina, de quibus HIPPOCRATES Libr. 2. Epidem. habet: quod sint διαλεγόμενοι σialόχοοι, salivam fundentes dum loquuntur.

g) Μύξι καὶ πτύελα πλησιμονῆς ἐπικρίσις. HIPPOCR. de Diaet. Libr. 3.

h) Σialον ἕς τὸ στόμα πολλὸν καὶ ἄλμυρόν. HIPPOCR. de Morbis Libr. 2.

i) Πολὺ καὶ ἄφρωδες σialόν. HIPPOCR. de diebus iudicat.

k) Σialόν ἀφροίζοντες πικρόν: EROTIANVS in Hippocrat. σialοχόως Comment.

l) Στόματος σialα ἀγωγή. HIPPOCR. Epid. L. VI. Sect. 5. Aph. 3.

m) Ὅι μέλλοντες ἐμὴν πτυαλίζουσιν ἐμπροσθεν. HIPPOCR. Coac. Praen.

Δακνόμενοι τὸν στόμαχον σιελίζοντες. AETIVS Libr. 8. cap. 58.

n) Πτυελισμός τὰ παρ' ἑς ἀπαλλάσσει. HIPPOCR. Proorrh. I.

Piruitae et salivae, repletionum sunt curatio.

Saliva in os multa et falsa.

Multa et spumosa saliva.

Salivam amaram colligentes.

Ad os saliviarum conductio.

Qui vomituri sunt, sputant.

Qui ventriculo mordentur, sputant.

Ptyalifinus tumores ad aurem mutat.

Abscessus faucium atque angina, propius aliud excerniculum, illoque opportunius aliud, haud inueniunt. °) Capitis dolores vti varias agnoscunt causas, quapropter etiam diuersis colatoriis res nocentes expurgari fas est, post alias euacuationes criticas p) salivae etiam fluxum experiuntur salubriter, maxime si catarrhales fuerint: Toti homini ille prodest, si febribus superuenit, quibuscumque etiam, maxime tamen acutis, cum primis tunc, si sudores oppressi fuerunt, quorum vices gerit, q) veluti ptyalismus, variolis accedens, huius rei exemplum esse potest, et commoda ad dentientes infantulos abinde redundantia, id vberius confirmant; Quamuis HIPPOCRATES ptyalismum aliquando culpat, r) laudat tamen eundem passim, veluti morbum sacrum leuet, dum, spuma oris oborta, torqueri angique aegroti desinunt s) et soporosis affectibus salubris fit. t)

Quae

Τὰ παρ' ἧς ἐξερέυγεται. HIPPOCRAT. Prorrh. I.

ο) Ἐν τοῖσι περιθρῖοισιν ἔλκεσιν μετὰ τῆς πρώτης χρόνης διαρρῆν φλέγμα διὰ τῆς στόματος, πρότερον ἔχ' ὄν, χρήσιμον. HIPPOCR. de dentitione Libro.

ρ) κεφαλαλγίην λύει πῦσιν διὰ ῥινῶν ἢ πτύελα παχέα καὶ ἄνοσμα, λύει δὲ καὶ ἐλκῶν ἐκδυσίς, ποτε τε καὶ ὑπνοὶ καὶ κοιήσις. HIPPOCR. Coac. Praenot.

q) Ἀνιδρῶντι πτύελα παραρρέοντα πυρετῶδεϊ εἶναι, εὐήθεια. HIPPOCR. Coac. Praen. Πτυάλη ἀναχρέμψεις ἐν πυρετῶ. HIPPOCR. Libr. 7. Epidem.

r) πτυελισμός, κακόν: HIPPOCR. Prorrh. I.

s) καὶ ἀφροὶ διὰ τῆς στόματος ἀνατρέχουσι ἐκότης. HIPPOCR. de Morbo sacro, additque.

t) Ἀποζέσαντος τῆς ἀφρῆ καὶ κατασάντος τῆς αἵματος καὶ γαλήνης ἐν τῷ σώματι γινώμενης, πέπαυται τὸ νόσημα: HIPPOCR. ibid.

u) Νῆσος ἢ καλεμένη λήθαργος: βῆξ

Quae ad aurem sunt, eructantur ad os.

In abscessibus, qui ad palatum nascuntur, post prima tempora, fluere phlegma ad os, cum antea illud haud esset, vtile.

Capitis dolorem soluit pus ex naribus, aut sputa crassa et inodora, soluunt etiam quae cute efflorescunt, et somni et alui fluxus.

Non sudanti, salivae fluentes, febrienti, benigna. Saliuae scretus in febre.

Ptyalismus, malum.

Spumae per os decurrunt conuenienter.

Deferbescente spuma, et quiescente sanguine, tranquillitate in corpore facta, quiescit morbus.

Morbus qui lethargus vocatur;

ἔχει

Quae pulmonibus educuntur sputa, vti varia sunt, ita singula criticae euacuationis dignitatem tuentur; Haec perpetua est et recte etiam valentibus proficua, dum inuestiens asperam arteriam eiusque fines tunica vnguifosa<sup>u)</sup> quotidie lentos succos, respirationis optimae causa, destillat, quos oportet praefocare guttura, nisi tussis esset, quae, in expiratione aucta collectos intra tracheam mucos expellente, consistit.<sup>x)</sup> Multo autem magis vitam sustinet, in morbis pectoris, quos, nisi curat, tamen leuat, dum peregrinos humores, vel intra pulmonem genitos, vel illuc translatos, educit, estque ex omnibus euacuationibus, quae aegrum solari possunt, desideratissima.<sup>y)</sup> Quam misera est quacumvis diopnoea detentorum aegrotantium conditio, dum tussis sicca<sup>z)</sup> speratum auxilium

ἵσχει καὶ σάλιν πτύει περὶ καὶ ὑγρόν.  
HIPPOCR. de Morbis Libr. 2.

u) Ὁ ὑπαλέφων ἐνδοθεν τὴν τραχήν  
ἀρτηρίαν ὑμῖν. AETIVS Libr. 8. c. 58.

x) Βῆξ μὴδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ σφοδρωτάτη  
τὴς ἐκφύσεως, ἵνα πλησθὼν ὁ αἷμα καὶ τὰ χύστα  
φερόμενον ἔξω τὸ πνεῦμα παρασύρῃ τε καὶ  
προωθῇ τῇ ῥόμῃ τὰ ἐμφραττοντα τὰς ὁδούς.  
GALENVS de Sympt. causis Libr. 2.  
Βῆξ ἕνεκα τῆ καθαράς ἐργάσασθαι τὰς ὁδούς  
τῆς ἀναπνοῆς γίνεσθαι. GALEN. Comm.  
in Libr. 6. Epid. Hippocr.

y) Βῆξ ποιεῖ τὸ ἐν τῇσιν ἀορτήσιν  
ἐνεχόμενον, ὥς τε στενὰς διατρήσεις ἐχέσας  
τὰς ἀορτὰς, στενωπρὴν τῷ πνεύματι πα-  
ρέχειν, ὥς τε ἀναλίσκόμενον αἶμα ἐπιθυμεί  
ἀναπνεῖν. HIPPOCR. de Locis in homine.

z) Βῆξ ἐξ ἡρᾶς ἐφ' ᾧ ἔστιν ἀναπτύεσθαι.  
HIPPOCR. Ep. Libr. 4. Aph. 54.

Βῆξ κοπιώδης. HIPPOCR. Epid. Libr. 6.  
Sect. 7.

Βῆξ κερχαλή καὶ βεγχάδης. ib. Libr. 7.  
Βῆξ πνευμάδης. ibid.

Tussis habet et salivam sputum mul-  
tam et tenuem.

Inungens intus asperam arteriam  
tunica.

Tussis nihil est aliud, quam vehe-  
mentior exhalatio, ut plurimus et  
celeriter extrorsum delatus spiritus  
euerrat et expellat robore suo ea  
quae vias infarciunt.

Tussis propterea, ut purae fiant  
viae respirationis, fit.

Tussim facit, quod in aortis (aspe-  
rae arteriae finibus) continetur, ut  
angusta foramina habentes asperae  
arteriae fines angustum iter spiri-  
tui faciant, utque, quod relictum in-  
tus est, semper cum desiderio velit  
efflari.

Tusses siccae, quibus nihil ex  
spuitur.

Tusses laboriosae.

Tussis stridula et stertorosa.

Tussis suffocatiua.

xilium illis haud adfert, quia variae causae eas excitant, sputis haud auferendae, defluens acce ad asperam arteriam, consensus cum ventriculo, <sup>a)</sup> tumor durus pulmonibus innascens, <sup>b)</sup> tenax pituita vias praeccludens spiritui, <sup>c)</sup> spasmus stringens guttura, <sup>d)</sup> morbus prior aliquis, cuius symptoma dyspnoea est, <sup>e)</sup> in quibus omnibus tussiendo nihil proficiunt aegroti. Sunt, uti omnibus euacuationibus criticis, ita et huic, sua, intra quae perfici possunt, tempora, est etiam sputis sua maturitas, quae coctio dicitur et febre aliqua, sine qua nihil morbidi a sano separatur, perficitur.

a) βηχὸς αἰτία διαφορὰ: καὶ γὰρ ὑγρὸν ἀπὸ κεφαλῆς κατὰρρέον εἰς τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν ἐργάζεται βῆχα, ἢ τραχύτης δὲ μόνῃ τῇ ὑπαλήφοντος ἐνδοθεν τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν ὑμένος ἐρεθίζει βῆχα, καὶ τὰ παρὰ πίπτοντα δὲ πινόντων ἢ ἐξιδόντων βῆχα κινῇ, χυμὸς δὲ ὀσμύς ἐνοχλῶν τῷ στομάχῳ καὶ ποιότητά τινὰ ἐρεθιστικὴν παραπέμπων τῇ φάρυγγι φαντασίαν βηχὸς ἐργάζεται. AETIVS Libr. 8. c. 58.

b) Ἄσθμα χωρὶς πυρετοῦ, τινὸς ἀπέπτε φύματος ἐν τῷ πνεύμονι συστάντος. GAL. Comm. 4. Libr. 6.

c) Ἄσθμα καὶ ὀρθόπνοια τὸ πάθος ὀνομάζεται χωρὶς πυρετοῦ γινόμενος, παχέων καὶ γλίχρων χυμῶν καταλαμβάνοντων τὰς ὁδὸς τοῦ πνεύματος. GAL. Comm. 4. in Libr. 6. Epid.

d) Σπασμώδεις πτύλαι. HIPPOCRATES Coac. Praenot.

e) Δύσπνοια ἐτέροις πλῆωσι ἐπακολουθεῖσα παθήσειν. PAVLVS Libr. 3. c. 29. Ἐν παροξυσμοῖσιν ἀσθμαίνοντες. ARETAEVS de Causis et signis chronicorum morborum.

Tussis causae variae: nam humidum ex capite defluens ad tracheam, efficit tussim, sola siccitas inungentis intus asperam arteriam tunicae irritat tussim, eaque, quae interdunt bibentibus et edentibus, tussim mouent, et succus acris perturbans ventriculum et qualitatem aliquam stimulantem transmittens pharyngi, simulacrum tussis efficit.

Asthma sine febre, tuberculo in pulmonibus concreto.

Asthma et orthopnoeam, morbum appellant sine febre, crassis viscidis que humoribus occupantibus spiritus viam.

Spasmodica sputa.

Dyspnoea alios plures comitans morbos. In paroxysmis anhelantes.

tur: f) haec enim, si benefica est, facilem de pectore cuiuscunque demum materiae expulsionem secum affert. g)

Sunt autem sputa isthaec, si materiem et ortum spectes, tria; Alia plus minus acria tenuia vel mucosa ex glandulosa asperae arteriae tunica scaturiunt, et febre excocta, tussi reiciuntur, quae ab affinibus aliis *glandularum mucosarum stillicidiis criticis, catarrhis vulgo dictis* proxime a me describendis, separare nolo, alia intra pulmonum substantiam fiunt, *cruenta*, sinceri sanguinis alia, quae *haemorrhagiis criticis* relinquo, alia *purulenta*, eaque vel ingenita pulmonibus, vel illuc translata. Tubercula nascuntur in pulmonibus, quae, si vires sufficiunt, et fors bene cadit, maturescunt, rumpuntur, sputisque sanantur. h) Verum valde anceps ille pulmonum status est, i) semperque suspecta manent purulenta sputa, licet optima, ea autem maxime quae praecedente sanguinis sputo, eueniunt k) aut antiqua sunt, febremque lentam comitem habent. l) Vera haec phthisis ratio est, in abs-

cessu

f) Πέποικα δὲ εἶσι τὰ μὲν πτύελα, ὁκόταν γένηται ὁμοία τῇ πύρ. HIPPOCR. de ratione victus in Morbis acutis.

g) Πτύελον ἀνωδύνως καὶ ταχέως ἀναφερόμενον, ὀλίγης δὲ τῇ βηχὸς. GALEN. Comment. 2. in Prognost. Hippocr.

h) Ἦν μὲν ἀποπτύσει πᾶν καὶ ἡ κοιλία ἐν ἡ πύον ἐνῇ, προσηύει καὶ ἀναξηρανθῇ ὑγιὲς γίνηται. HIPPOCR. Libr. I. de Morbis.

i) Πύον λευκόν, ἀνόσμον ὁμόχρουν ἀφλέγμακτον. HIPPOCR. in Prognost. et Coac. Praenot.

k) Ἐπὶ αἵματος πτύσει, πύον πτύσις, κακόν. HIPPOCR. Aphor. Libr. 6. Sect. 7. Aphor. 15.

l) Ἦν ἐντὸς ἐξ ἀποστάσεως ἐν τῷ πνεύμονι γένηται, ἢ ἐκ βηχὸς χρονίης, ἢ ἀναγωγῆς αἵματος καὶ ἀναβήσεως πύον, πύον καὶ φθίσις κικλίσκεται, ἢν δὲ ὁ πνεύμων ἑλκος ἔχει τ' ἄνομα φθὴ μεταλαμβάνει: ξύνεσι δὲ καὶ

Cocta sunt sputa, dum fiunt similia puri.

Sputum sine dolore et celeriter educendum parua indiget tussi.

Si tussi reiiciat omne, et sinus, in quo pus infuerit, concidat, et deficcetur, conualescunt.

Pus, album, inodorum, aequalis coloris, haud tenue.

Post sanguinis sputum puris sputum, malum.

Si intus ex abscessu in pulmone fiat, aut ex tussi diuturna aut tussi sanguinis et spuat pus, *Pye* et *phthisis* vocatur, si autem pulmo vlcus concipit, nomen *Phthoe* assumit: simul

πύρ

cessu intra pulmonem nato, qui callum induxit, consistens <sup>m</sup>) licet omnes, quicunque sensim deficiunt et extenuantur, phthificos HIPPOCRATES appellet. <sup>n</sup>) Unica illorum fiducia, ut vivere possint, in sputo critico ponitur, actumque de illis est, si obortae alui deiectiones tussim sputumque delent <sup>o</sup>) aut alia de causa educi pus haud potest. <sup>p</sup>) Pessimae praeterea notae sunt phthificorum sputa, quae tussi reiecta, foerent <sup>q</sup>) aut prunis iniecta graueolent, quod putredinis est, in aquam

πῦρ συνεχὲς ὥς μὴ δοκέειν, λήγον μὲν ἔκωτε καὶ ἐς νύκτα ἐκλάμπη. ARETAEVUS de Morbis Chron. Cap. 8.

m) Πτύελον χρὴ ἐπὶ πᾶσι τοῖσιν ἀλγύμασι τοῖσι περὶ τὸν πλέυμονα καὶ τὰς πλεῦρας ταχέως τε ἀναπτύεσθαι καὶ εὐπετέως συμμιγμένον τε φαίνεσθαι τὸ ξανθὸν ἰχυρῶς τῷ πτύελῳ. HIPPOCRATES. Prognost.

n) Ἰπποκράτης φθινώδεις τίνες ἔρηνεν ἢ πάνυ σαφές ἐστιν: ἦν γὰρ τὴν ὅπως δὴποτε ἰσχυρομένους τὸ σῶμα καὶ φθινόντας ἕτως ὀνομάζειν, ἢ μόνον τὴν διὰ τὴν τῆ πνεύμονος ἑλκωσιν ὅλον τὸ σῶμα τηκομένους. GALIENUS. Comment. in Lib. I. Epid. HIPPOCRATES.

o) Ἐμπύον θεραπεύονται ἡ κοιλία βυβῆσα, διαφθάρει: HIPPOCRATES. de Morbis Lib. I. Ἡ τῆ πτύσεως ἀνω καθάρσις ἔχ' ὁμαλή γίνεται τῆς κοιλίας ἀγύσεως πάντα κάτω ἐς εἰωυτήν. HIPPOCRATES. ibid.

p) Ἐπὶ δὲ τὰ πτύελα ἴσχυται, ἀπαθνήσκουσιν: HIPPOCRATES. Lib. 7. Aph. ib.

q) Φθινώδεις ἐπιχέσιες πτύελα, (κακόν.) HIPPOCRATES. Coac. Praenot.

q) Ὀδμήν ἔχον ἐκβήσονται. HIPPOCRATES. Progn. II.

τοῖσιν ὑπὸ τῶν φθίσεων ἐνοχλημένοις ἢ τὸ πτύσμα ὅτι ἂν ἀποβήσονται βαρὺ ὅζον ἐπὶ τῆς ἀνδρακῆς ἐπιχέσμενον, θανάσιμον: HIPPOCRATES. Aphor. Sect. V.

τῶν φθισικῶν οἷσιν ἐπὶ τῆ πυρὸς ὅζει τὸ πτύελον κύσεως βαρὺ, ἀπόλλυνται: HIPPOCRATES. Coac. Praenot.

est continua febris, quae vix putatur esse, nunquam equidem desinens ad noctem tamen elucescens.

Sputum oportet in omnibus doloribus, qui circa pulmonem sunt et pleuras, cito eiici et facile admixtum apparere flauum valde, sputo.

Hippocrates tabidos quos appellauerit, haud liquet: solet enim quoscunque extenuatos corpore ita compellare, non tantum, qui ob vlcus pulmonum toto corpore deliquescent:

Pus habentem si curas, quando alius fluit, occidit.

Sputi per superiora purgatio non aequalis fit, alio omnia ad se trahente.

Si sputa cohibentur, intereunt.

In tabidis sputorum oppressiones, malum.

Foetorem habentes res tussunt.

Quibus a phthisi correptis sputum quod tussunt graue olet prunis iniectum, lethale.

Phthificorum quibus ad ignem olet sputum foetore graui, pereunt.

aquam proiecta fundum petunt, f) quod grauitatem purulentae materiae et abrasam pulmonum substantiam significat. Ad summam mali peruentum est, si, quae spuuntur, foedi coloris sunt, nigra, parca, fauces vrentia ac acria, g) quae omnia, non tam metum faciunt, quam certam desperationem. h)

Non autem tantum quae intra pulmones abscedunt, sputo eiiciuntur, sed etiam, quod admirabile est, quae foris, intra pleuram inque thoracis cauo, viam ad asperae arteriae fines, a natura datam, habent, qua eiici possint. Quod pleuram attinet, illius dolor inflammatorius, febrilis hominem iugulat, nisi sputis, ab initio sanguineis, hinc purulentis soluatur. Idem fieri oportet, membrana, quae pulmonem cingit, inflammata, siquidem difficile est, propter membranarum communionem, accensa pleura, saluam manere pulmonum superficiem, hinc duo isti morbi acuti ita semper sunt apud HIPPOCRATEM et GALENUM, vt simul nominentur vbique. Est adeoque etiam communis vtrique morbo ad salutem via, sputum, cuius virtutes in eo consistunt, vt paucis ab inuasionem morbi

τ) Ἐς τὸν πυθμένα βαδίζειν τὸ πῦον ὀλέθριον συντόμως: HIPPOCR. Coac. Praenot.

τῶν φθισικῶν αἵσιν ἐπὶ θάλασσαν πύουσιν ἔς τὸν πυθμένα βαδίζει τὸ πῦον, ὀλέθριον συντόμως. HIPPOCR. Coac. Praen.

ς) Αἱ ἀποχρέμψεις αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσι μὴ διαλέπυσιν αἱ περὶ τὴν καὶ αἱματώδεις καὶ χολώδεις πάσαι κακαί: HIPPOCR. Aph. Sect. IV.

τὸ πῦον, λευκὸν καὶ γλίχρον καὶ εὐρογύλον ἀλυσιτελές, κακὸν δὲ καὶ τὸ χλωρὸν εὐὸν κάρτα. HIPPOCR. Prognost.

τὸ μέλαν δευρότερον, κακὸν δὲ ἢν μὴδὲν ἀνακαθαίρηται: μῆτι προείη ὁ πλεύμων, ἀλλὰ πλήρης εἶναι, ζεῖν ἐν τῷ φάρυγγι. HIPPOCR. Prognost.

τ) Τὰ μείζονα πάντα λῶνται μᾶνοι θεοί.

ARETAEVS de signis et Causis diuturnorum morborum Libr. 2. Cap. 1.

B

Ad fundum demergi pus, perquam lethale est.

Phthysicorum quibus, dum super aquam marinam spuunt, ad vasis fundum secedit pus, breui lethale est.

Screatus in febribus non remittentibus, liuidi, sanguinei, biliosi, omnes mali.

Pus album, tenax, rotundum, haud proficuum, malum etiam, viride valde existens.

Nigrum funestius, malum etiam, si nihil expurgetur, nec proficit abinde pulmo, sed plenus existens vritur ad vsque fauces.

Maiores omnia medicantur soli dii.

morbi diebus appareat, facile sit, <sup>u)</sup> striis sanguineis raris ex flauo intertextum, <sup>x)</sup> dolorem soluat. <sup>y)</sup> Damnantur pleuritides sine sputo, aut illo parum officioso, quod dolorem haud extinguat. <sup>z)</sup> Qua autem via pleurae sanguis ad bronchia deueniat, ut spui possit, scite et adposite enarrat GALENVS. <sup>a)</sup> Eadem puris in thoracis cauum effusi via esse potest. <sup>b)</sup> Praeterea

u) Πτύελον χρὴ ἐπὶ πᾶσι τοῖσι ἀλγύμασι τοῖσι περὶ τὸν πνεύμονα καὶ τὰς πλευράς ταχέως ἀποπτύεσθαι καὶ εὐπετέως.

GALEN. περὶ κρίσεων α.

Τὸ πτύελον ἢ πολλῶ ὕστερον μετὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ὀδύνης ἀναπτύσσεται, ξανθὸν ἔδν ἢ πολὺν βῆχα παρέχον καὶ μὴ ἰσχυρῶς συμμιγμένον, κάκιον γίνεται. HIPPOCR. Prognost.

Πτύελον δ' ἐν τῇς πλευριτίσι τρίτον μὲν ἀρχόμενον πεπαινεσθαι καὶ πτύεσθαι, θάσσους ποιεῖ τὰς ἀπολύσεις, ὕστερον δὲ βραδυτέρας.

HIPPOCR. Coac. Praenot.

x) Αἱματι συμμιγμένον μὴ πολλῶ πτύελον ξανθὸν ἐν τοῖσι περιπνευμονικαῖσι περιεστηκός, καὶ κάρτα ὠφελεῖ, ἐβδομαίῳ δὲ ἔδντι καὶ παλαιότερῳ ἤσσαν ἀσφαλές. HIPPOCR. Prognost.

y) Τὰ δὲ παύοντα ὀδύνην πάντων ἀμύνω ἀναπτύσμενα. HIPPOCR. Progn.

z) Αἱ ξηροὶ τῶν πλευριτίδων καὶ ἄπτυστοι χαλεπώτατοι. HIPPOCR. Coac. Praen. Πάντα τὰ πτύελα πονηρά ἐστίν, ὅκοντα ἂν τὴν ὀδύνην μὴ παύει. HIPPOCR. Prognost.

a) GALENVS longam disputationem exorsus de via puris atque sanguinis ex cauo thoracis et pleura ad pulmones, Erasistratum arguens, quod ille ab arteriis accipi et ad pulmones transferri sanguinem et pus voluerit, arteriam etiam bronchiale tunc haud incognitam, ab hoc negotio excludens, tandem ita sentit:

Τὸ παραγινόμενον ἐκ τῶν πλευρῶν πῦον εἰς τὴν κατὰ ράχιν φλέβα, πρότερον μὲν ἐπὶ τὴν καρδίαν ἀφίκεται, δεύτερον δὲ εἰς τὴν φλέβα, τὴν ἀπ' αὐτῆς εἰς τὸν πνεύμονα φερομένην, ἔτα τὸ τρίτον ἐκ ταύτης εἰς τὰς ἐν ἐκάνῳ τραχηίας ἀρτηρίας. Τὸ περιεχόμενον αἷμα κατὰ τὴν ἐν τῇ ράχει φλέβα πρὸς τὴν

Sputum oportet in omnibus doloribus circa pulmonem et pleuras cito exspui et facile.

Sputum, si longo post principium doloris tempore eiicitur, flauum existens aut magnam ruffim exhibens, nec exquisitè mixtum, peius est. Sputum in pleuritidibus inchoante tertio die coqui et eiici, celeriores facit solutiones, tardius, tardiores.

Sanguine mixtum non multo sputum in peripneumoniis conducibile, et valde iuuat, septimum autem diem agenti et adolescenti morbo minus exquisitum.

Sputa dolorem sedantia omnium optima.

Sicca pleuritides et sine sputo, difficillimae.

Omnia sputa mala quae dolorem haud sedant.

Transiens ex pleuris pus in eam, quae iuxta spinam est, venam, primum quidem ad cor venit, deinde in vas sanguiferum, quod ab illo in pulmones fertur, hinc tertio ex hoc vase in asperae arteriae ramos. Sanguis in pleura effusus per eam quae

καρδίαν

Præterea translatória quaedam est materies, quae, relicto, per quod purgari opportunum erat, colatorio, ad os aut pulmones diuertit, hinc sputo critico depellitur. Labor iste, licet aliquando rheumatis titulo insigniatur, <sup>e</sup>) qua voce *fluxiones ad extrema* rectius designantur, <sup>d</sup>) frequentius tamen ab antiquis catarrhus dicitur, qui in stillicidio acris vel viscidum humoris per nares <sup>e</sup>) et glandulas faucium, consistit. Saepe alterutrum euenit, seorsim nares stillant, seorsim palati et tracheae ostiola, quod singularibus indicitur nominibus; <sup>f</sup>) saepe, quod

naribus

καρδίαν ἀναφέρει διὰ πύλου, κατὰ τὴν καρδίαν ὡς τὸ δεξιόν; ἢ φλέψ ταύτη ἀρχομένη, αἷμα ἐαυτῆς κομίζει αἷμα τὰ κατὰ τὰς ὀπίω πνεύμονος μέρη πάντα τῷ θώρακος τρέφον, ἢ γὰρ δὴ τάγε κατὰ τὰς ὑψηλὰς αὐτῆς ἐκτάρας; αἱ γὰρ ἐκείνα τρέφουσι φλέβες ἀπὸ τῆς ἐς τὰς σφαγὰς ἀναφερομένης πεφύκασιν ἐν τῷ μεταξὺ τόπῳ καρδίας τε καὶ κλειδῶν: GALENVS de Locis affectis Lib. 5.

b) Ὁ ἀποχεόμενος ἐς τὰ κενὰ τῷ θώρακος ἰχθὺρ μεταλαμβάνομενος ἐς τὰς τραχεῖας τῷ πνεύμονος ἀρτηρίας, ἀναπτύσσεται μετὰ βιχῶς: GALEN. de Locis affectis Lib. 5.

c) Ρευματιζομένοις παρίσθια, κοιλὴ κατενεχθῆσα πλήω, λύει τὰς ξηρὰς ἐν ὀδοντοφυΐᾳ βιχῶς: HIPPOCR. de dentitione Libro.

d) Κατάρροι λέγονται οἱ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐς τὸν πνεύμονα, διὰ φάρυγγος καὶ ἀρτηρίας γινόμενοι, ἀλλὰ πάντα τὰ καταφερόμενα ἐς τὰ μέρη, ρεύματα: GALEN. Comm. 3. in Aphorism. Hippocr.

e) Τὸ διὰ τῶν ῥινῶν ἐκκρινόμενον ὑγρὸν, λεπτὸν καὶ ἀπεπτον ὀνομάζειν ἑώτασιν πάντες οἱ παλαιοὶ ἰατροὶ καθάπερ τὸ δι' ὑπερώας τοῦτον, κατάρρην: GAL. Comm. in Prognost. Hippocr.

f) Κατάρρην ὀνομάζομεν, ἐπειδὴν ἐς τὸ στόμα καταρρέῃ τὸ περίττωμα, κορύζαν δὲ, ἐπειδὴν ἐς τὰς ῥινὰς, ὁ δὲ βράγχας ἐπὶ κα-

ad dorsum est venam (sine pari dictam) duci natus est ad cor auris dextrae; haec vena, incipiens, secum affert sanguinem qui interiacentes octo costis partes et omnia thoracis loca nutrit, neutiquam autem quatuor illa costarum superiorum interstitia: quae enim illas nutriunt, venae, ab illa, quae ad iugulares fert, oriuntur, in medio inter cor et claviculas loco.

Effusus in vacua thoracis ichor, susceptus in tracheas pulmonis arterias, exspuitur cum tussi.

Ad fauces *rheuma* habentibus alius fluens abundantius, soluit, in dentitione, tussis.

*Catarrhi* dicuntur, quae a capite ad pulmones per fauces et asperam arteriam fiunt, (fluxiones,) quae autem ad artus feruntur omnia, *rheumata*.

Quod naribus excernitur, humidum, tenue, crudum, vocare solent omnes antiqui medici, vti etiam, si quid simile per palatum, *catarrhum*.

Catarrhum vocamus, si ad os defluat abundans humor, coryzam autem, si ad nares, ast branchus flu-

naribus fluere coepit, in fauces erumpit. <sup>g)</sup> Saluberrimus istius sputi effectus, uti in vulgus notus est, ita ratione comprobatur. Licet enim, veluti veteribus visum est, immediata ex capitis penetralibus ad fauces via haud sit, <sup>h)</sup> stat tamen cum circuli legibus, sensoriis bene esse, si glandulae oris acre vel viscidum emungunt; hinc totus homo, veluti est in febribus catarrhalibus, emunctoriis hisce, haud parum proficit. Enimvero ad pulmones etiam, licet minus officiose <sup>i)</sup> transferuntur acria atque viscida, dum, per asperae arteriae intima, critica fit euacuatio, nec raro, nasi, faucium, pulmonum emunctoria, simul, corporis salutem, criticis stillicidiis, critica sternutatione, procurant. <sup>k)</sup>

παρροις γίνεται, διαβραχέσις τῆς φάρυγγος, ἡ δὲ ἡς τὸν γαργαρεῶνα κατασκήψῃ τὸ ρεῦμα, ἢ τοι τὴν ἐν αὐτῷ καλυμένην σαφυλὴν ἐγέννησεν, ἢ ἄλλως ἡς ὄγκου ἡγειρεν αὐτὸν, ἡ δὲ ἡς τὰς ἐκατέρωθεν ἀντικειμένους ἀλλήλοις ἀδένους ἐν τῷ πέρατι τῆς στόματος ἀντιάδας, ἡ δὲ ἡς τὰ τῶν ἐχόμενα παρίθμια: GALEN. de Sympt. Caus. Lib. 6.

g) Κατάρρεας εἶναι ὑγρῶν πολλῶν καταφορά διὰ τῶν τρημμάτων τῆς ὑπερώας πολλῇ διὰ τῶν μυσητήρων. Autor Defin. GALENI.

h) φάρυγξ ὑποδεχομένη τῆς ἐκ κεφαλῆς καταρρέοντες χυμοίς. GAL. Comm. 2. in Aphor. Hipp.

i) Ἐμπυοὶ γίνονται, ὅταν ἐλάσσον ἀποχρέμπωνται, ἢ ἐπιρρεῖς τὸν πλεύμονα; τὸ γὰρ τὸ ἐν τῷ πλεύμονι συνιστάμενόν τε καὶ ἐπιρρεῖον, πῦον γίνεται. HIPPOCR. de Locis in homine.

k) Ὅτι γὰρ μὴν πταρμοὶ παῖς κορύζαις ἔπονται τὰ πολλὰ, καὶ μὲν δὴ καὶ σφῶντες σφοδρῶς ἔλον τοῦ θώρακος, λυμαινόμεναι τε καὶ τὸν πλεύμονα; σωτηρίαν σημαίνουσι, καὶ ἀνατωδείας, ὅσον ἐπὶ τοῖς ἄλλοις σημεῖοις, ἢ νόσος ὑπάρχει; πέψως δὲ καὶ αἰσθητικὰ καὶ ῥώμης τῆς κατὰ τὸ ἐγκέφαλον ἀποκριτικῆς δυνάμεως: GALEN. Comment. in Prognost. Hippocr.

xionibus fit, destillante pharynge, siue ad vuulam retundet fluxio, et ita dictum *vuulae descensum* genuerit, aut alio modo eandem in tumorem extulerit, siue in illas, quae sibi vtrunque ex opposito sitae sunt, glandulas in fine oris, *tonsillas*, aut illud quod ab illis occupatur velum palati.

Catarrhus est multorum humorum descensus per foramina palati multus ex naribus.

Pharynx accipit, ex capite, de fluentes humores.

Purulenti fiunt, quando parum screant, aut fluxio fit ad pulmones; illud enim, quod in pulmone consistit et superinfluit, pus fit.

Sternutationes coryzas sequuntur plerumque, mouentes equidem valde totum thoracem, et affligentes pulmones; Salutem indicant, etiam si lethalis, quantum ad alia signa, morbus existit. Coctionis enim sunt signa et roboris separatricis a cerebro virtutis.



~~vgl. 225, 4 H~~

Path. gen. 817<sup>5</sup>

